

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Paupertas s cum fontibus primis

Sunt enim quidam qui de seculo  
ueniunt ad religionem

quorum paupertas,  
beato Augustino testante,  
talis erat quod quando foris erant, ←  
necessaria inuenire non poterant.  
Quorum cellario non hereditas, non  
patrimonium, sed manuum labor annonam  
prebebat, et si manus cessaret, panis  
deficeret;

et  
in ecclesia honorari uolunt qui in sua  
domo non nisi contemptibiles esse  
poterant.

Hugo ibidem (de claustro anime libro I.  
capitulo IX.).

Sunt enim quidam de hoc saeculo  
uenientes ad religionem  
vel Ecclesiam,  
«quorum paupertas.»  
beato Augustino attestante,  
«talis erat quando foris erant, quod  
nec ipsa inuenire poterant necessaria.  
Quorum cellario non haereditas, non  
patrimonium, sed manuum labor annonam  
praebebat, et si cessaret manus, panis  
deficeret.»

Quibus penuria, quae nihil pene tribuit,  
vestes qualescunque ministrabat. Tales  
quandoque Ecclesias intrant quae largis  
abundant possessionibus, ut  
in Ecclesia possint honorari, qui in sua  
domo non nisi contemptibiles esse  
potuerunt.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri*  
*quatuor*, 1, 9 (PL 176, col.1033C-D).

→ quae aliquid habebant in saeculo, quando  
ingressae sunt monasterium, libenter uelint  
illud esse commune; quae autem non  
habebant, non ea quaerant in monasterio,  
quae nec foris habere potuerunt, sed tamen  
earum infirmitati, quod opus est, tribuatur,  
etiam si pauperies earum, quando foris  
erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire;  
at nunc non ideo se putent esse felices, quia  
inuenerunt uictum et tegumentum, quale  
foris inuenire non potuerunt.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 211, 5  
(CSEL 57, A. Goldbacher ed., p.360, ll.3-  
11).